eum infantē in brachijs suis ba
iulauit. sepe ipsum osculabat̄. et
hoc in signū amoris. Osculatus
etiā fuit eū symeon qn̄. s. ipsum in
vlnas suas accepit. Istud osculū
fuit in signū reuerentie et deuotio
nis sicut qn̄ quis manus suas vel
pedes suos osculat̄. Osculata fuit
eum magdalena et hoc in signum
recōciliacōis. sicut qn̄ inimici ad
pacem veniunt: se mutuo osculā
tur. Osculatus fuit eū iudas in si
gnū ꝓditionis. sicut et ioab oscu
latus est Amasā. vt habetur. ij.
Re. ij. Quicunq; igitur hodie xp̄m
osculabit̄: videat qualiter oscu
latur. Ille enim qui nullum hab;
odium vel rancorem sed ad deum
et ad proximum sincerū habet amo
rem: osculatur eum cū matre sua
maria. Ille enī qui ad xp̄i passio
nē multa reuerentia et deuocōe. et
lacrimarū effusione afficit̄: oscula
tur eum cū symeone. Ille qui pri
us erat deo inimicus et in ista. xl.
est sibi reconciliatus: osculat̄ eū
cū maria magdal̄. Ille qui hodi
e crucifixū osculat̄. et in pascha
in mensa altaris cū eo epulat̄. et
post pascha ad pctā reuertit̄: os
culatur eū cū iuda ꝓditore. Mag
na enim ꝓditio est hodie xp̄m os
culari. et in pascha cū ipso come
dere. et postea de domo corporis sui
xp̄m expellere et inimicū xp̄i capi
talem i. demonē in cor suum intro
ducere. Talibus pōt xp̄s illud dice
re qd̄ dicitur in ps̄. Tu vero vna

nimis dux me⁹ et notus me⁹. Qui
mecū dulces capiebas cibos et in
domo dei ambulauim⁹ cū ꝯsensu.
Veniat mors sup illos. et descen
dant in infernū viuentes.

In die pasche

Sermo primus

Maria magdalēa et ma
ria iacobi emerūt aro
mata etc̄. Marci. xvi.
Pauci sūt qui amicū
diligunt propter se. Ecc. xiij. Est ami
cus socius mense. et non ꝑmane
bit in die ncc̄itatis. Pauciores q̄
diligunt in morte. immo filij adu
lantur parentibus: qn̄ in morte vo
lunt res suas ordiare vel aliqd̄ tes
tamentū facere. Paucissimi qui
diligunt post mortem. quia post
modicū tempus amicorum obli
uiscūtur. Vnde dicitur in ps̄. Ob
liuioni datus sum tanq̄ mortu⁹
a corde. Sed iste sancte mulieres
xpristum dilexerunt in vita. qui
a sequebantur eum. et sue predi
cationi adheserunt. Luce octauo
Sequebatur eum maria magda
lena de qua septem demonia eiece
rat. et Johanna vxor Chuze pro
curatoris herodis et multe alie mi
nistrabāt ei de facultatibus suis
Dilexerunt eum in morte. quia as
sociauerunt se ei in patibulo cru
cis pendenti. Johis decimonono

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-477/0284
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG